

D-C 1715







GREGORII BAR - HEBRAEI  
CHRONICI SYRIACI  
E CODD. MSS. PASSIM EMENDATI  
ATQUE ILLUSTRATI

SPECIMEN PRIMUM

CONTINENS

OBSERVATIONES ET SUPPLEMENTA QUAEDAM  
AD FERD. GREGORII MAYERI IN HUJUS CHRONICI TEXTUM  
ET VERSIONEM EMENDATIONES

SCRIPSIT

ET

AD ORATIONEM  
DE LINGuae SANSCRITAE STUDIO MAGNOPERE  
COMMENDANDO

QUA

PROFESSORIS LINGUARUM ORIENTIS PUBLICI ORDINARIi IN UNIVERSITATIS  
LITTERARIAE VRATISLAVIENSIS PHILOSOPHORUM ORDINE MUNUS  
RITE AUSPICATUS EST

DIE IX M. MAJI A. C. HORA XI  
BENEVOLE AUDIENDAM

INVITAT

GEORGIUS HENRICUS BERNSTEIN

THEOLOGIAE PHILOSOPHIAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DOCTOR  
INSTITUTI REGII BELGICI AMSTELODAMENSIS TERTIAE CLASSIS LITTERARUMQUE  
SOCIETATIS REGIAE HARLEMENSIS E SOCIS EPISTOLARUM COMMERCIVM  
COLENTIBUS SOCIETATIBUS ET LITTERARiae REGiae ET ANTIQUARiae  
EDINBURGENSIBUS ALIISQUE NONNULLIS ADSCRIPTUS.

---

LIPSIAE MDCCXXII.

EXCUDIT VENDITQUE FRID. CHRIST. GUIL. VOGEL.





Non eget profecto nova aliqua commendatione BAR-HEBRAEI chronicon Syriacum, omnibus, sive litteris sacris, sive historiae, sive linguae Syriacae operam dantibus, suis sat commendatum virtutibus ac dudum probatum. Opus id, quo conscribendo praeclarum et perenne medio aevo sibique monumentum posuit GREGORIUS BAR-HEBRAEUS, medicus scriptorque seculi decimi tertii celeberrimus \*), divisum est in tres partes, quarum prior *historiam universalem a mundi creatione usque ad annum epochae Christianae 1284* continet, ac duas posteriores, quae sunt *chronica tum Patriar-*

\*) *Gregorius, cognominibus Bar-Ahronis, Ibn Hakimi, Bar-Hebraei, et Abu'lfaragii insignitus, Melitinae in Armenia anno epochae nostrae 1226 natus, secta Jacobita, dignitate Maphrianus Orientis, ac die tricesimo m. Julii anni 1286 morte defunctus, patrem habuit Ahronem, medicum, Judaico coetui addictum, unde Bar-Ahron, h. e. Ahronis filius, Ibn Hakim, h. e. Hakimi filius,* *Bar-Hebraeus*

*h. e. Hebraei filius, et Abu'lfaragius, h. e. pater Faragii, dictus est; hoc quidem cognomento ex Arabum more ab ipsius filio, Faragio, sumpto: vir ingeni doctrinaeque laudibus cumulatissimus, cuius scripta, quae plura sunt et egregiae ac minime vulgaris eruditiois notis distincta, ASSEMANIUS in *Biblioth. Orient. Clementino-Vatic.* Vol. II. p. 268 sqq. recensuit.*

*charum Antiochiae et Jacobitarum, tum Primatum, Patriarcharum et Maphrianorum Orientis et Chaldaeorum orthodoxorum et haereticorum Nestorianorum et Jacobitarum \*), historiam ecclesiasticam spectant. Ex eoque opere, duabus imprimis ejus partibus posterioribus, excerpta plura lectuque dignissima ASSEMANIUS secundo ac tertio Bibliothecae, quam edidit, Orientalis Clementino-Vaticanae volumini inseruit: priorem vero eandemque sine ulla dubitatione potissimam ac praestantissimam ejus partem integrum in lucem emiserunt PAULUS JACOBUS BRUNS et GEORGIUS GUILELMUS KIRSCH; qua edenda et explicanda duumviro istos de promovendo augendoque et Syriacae linguae et historicae doctrinae studio optime ac singulariter meruisse, nemo rei satis gnarus ac veri studiosus potest diffiteri \*\*). Est enim hujus libri duplex usus et, quod*

\*) Vid. ASSEMANIUS l.l. p. 311 sq. id quod satis constat, chronicus

\*\*) Prodiit hic liber Lipsiae 1789, liber Arabicus, quem Eduardus forma quadrante, et inscribitur: Pocock, *Historia compendiosa Gregorii Abulpharagii sive Bar-Hebraei Chronicon Syriaeum.* E codicibus Bodleianis descripsit, maximam partem vertit notisque illustravit Paulus Jacobus Bruns; edidit, ex parte vertit notasque adjectit Georgius Guilielmus Kirsch. Est vero,

Abul-Pharajio, etc. inscriptum, Oxonii MDCLXIII, folio quadrante, Arabice et Latine in publicum emisit, idem ac ille Syriacus, sed compendiarius, ab ipso auctore retractatus, multisque locis emendatus.

affert, scientiae emolumentum. Namque non solum ille, recte illustratus omnibusque ad percipiendum sensum idoneis ornatus, eximiam historiae lucem suppeditat, verum etiam mire quam subtilius et accuratius linguae Syriacae studium commovet, juvat, amplificat, his humanitatis artibus operam suam addicentibus ejus linguae et naturam et copiam altius perscrutandi rectiusque cognoscendi magnam materiam offerens. Quo gravior autem ac praestabilior hic Bar-Hebraei liber est, et quo ideo dignior erat, qui, ut communi omnium usui pateret, a viris doctis ad publicam notitiam celebaretur, eo vehementius dolendum est, eum neque forma omnino integra et nativo nitore foras productum, neque ea, quae ipsius pretio merito debebatur, et cura et diligentia esse pertractatum. Sive enim textum, ab editoribus publicatum, spectemus, ingenti ille mendorum scatet numero multisque turpiter labibus deformatus est. Sive interpretationem, quae textui apposita est, consideremus, magna ejus pars tot vitiis foedata est ac tantis maculis adspersa, ut, qui huic libro studere velint sive linguae, qua conscriptus est, sive rerum caussa, quae in eo traduntur, iis quam maxime verendum sit, ne plures magnosque facile in errores inducantur, ni summam in utendo eo ipsoque nitendo et prudentiam et cautionem adhibeant. Neutrum tamen id cadit crimen in Kirschium, egregium ac strenuum in edendo illustrandoque hoc chronicō socium laboris



a Brunsio assumptum. Ejus etenim viri clarissimi, ut in aliis doctrinarum generibus, sic in lingua Syriaca egregie versati, ingenio quae debetur Latinae interpretationis pars inde a verbis p. 190: *Quia amore tui* usque ad verba p. 379: *in proelio ceciderunt*, ea tanta et diligentia et doctrinae copia confecta est, tamque luculenter Brunsianam accuratione et elegantia superat, ut, illum non totum librum aut majorem saltem ejus partem cura sua complexum esse, valde dolendum sit. Quamque sapientiam et doctrinae praestantiam ille hac in re ostendit, eandem novis ac pariter splendidis quibusdam documentis in notis operi adjectis probavit: quandoquidem ibi tum plures textus locos vitiis laborantes et perversos magna cum prudentia et ingenii subtilitate sanavit, tum singula in versione Brunsiana vel false interpretata melius ac rectius explicuit et ab erroribus vindicavit, vel dubia et obscura enucleavit verumque eorum sensum demonstravit. Quod autem textus crebro depravatus est, ea non Kirschii fuit culpa, qui utique summum studium et praeclaram industriam in illo typis exscribendo posuit, sed Brunsii, utpote qui, nimia festinatione occupatus, vel incuriae et negligentiae labe correptus, eum admotum indiligiendi calamo in schedas suas retulit ac sua manu saepe corrupit. Nam in hoc transscribendi negotio quamquam duobus is usus est libris manu scriptis, qui Oxonii in Bibliotheca Bodlejana asservantur ibique



numeris Hunt. 1 et 52 \*), ab ipso autem litteris A et B, insigniti sunt, ita tamen male eos adhibuit, ut modo hunc, modo illum codicem sequutus sit, maxime vero priorem, h. e. cod. 1 sive A., eleganter ac splendide quidem exaratum, sed minus emendatum, et, dum alterum sequitur, neque alterum simul semper consuluerit, neque eam, quam alteruter corrigendi supplendique suppeditaret, materiam aut cognoverit aut annotaverit, id quod, praesertim in locis obscuris ac debilibus, nunquam non erat faciendum. Vnde evenit, ut multae in apographum Brunsianum ex uno codice irrepserint maculae, quae alterius ope facile et nullo negotio potuissent elui ac prorsus extingui. Quibus crebris maculis, hoc ex incurioso fontium usu exortis, crebriores accessere labes, ab ipsa Brunsii manu, in scribendo oppido negligenti, sparsae, quippe quarum neutro in codice ullum reperiatur vestigium. Atque quam inertiam ille in hac negotii parte manifestavit, eam in altera, i. e. in explicando hoc libro, luculentiore quodam modo prodidit; utpote cum plurimum locorum, etiam eorum, qui nullis plane essent difficultatibus circumventi, sensum perperam perceperit ac falso exhibuerit, omninoque vitia vitiis ibi

---

\*) Vid. Bibliothecae Bodlejanae manuscriptorum Orientalium Catalogus, a Joa. Uri confectus. P. I., Oxon. 1787, codd. Syrr. num. XXV. et XCVI.

cumularit. Quid? quod tanta ejus indiligentia fuit, ut, quales errores saepius ego in Kirschii quoque interpretatione invitus cognovi, ne numeros quidem plurimis in locis recte reddiderit.

Ejus autem, quo Bar-Hebraei chronicon nobis traditum est, mali habitus neutquam insciī fuerunt harum litterarum periti. Graviter jam de eo plures conquesti sunt viri docti, inter eosque imprimis acriter eum impugnarunt recteque castigarunt diuumviri eximii, LORSBACHIUS et ARNOLDIUS \*), quorum insigni et laudabili opera, chronicō nostro emendando impensa,

---

\*) Hic in scriptione academica, Marburgi a. MDCCCV. in lucem producta, qua inest *Chronici Syriaci Abulpharagiani e scriptoribus Graecis emendati, illustrati, specimen*; ille tum in libro, ab ipso Marburgi a. MDCCXCI. edito: *Archiv für die Morgenländische Litteratur*. P. I. p. 197 — 291, tum in alio, quem *Paulus Jenae* 1791. vulgavit, quique inscribitur: *Neues Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur*. P. III. p. 81 sqq. „Doleo“, ita queritur *Arnoldius* l. l. p. 3., „virorum doctissimorum vicem, qui- bus per festinationem operarum (vid. *Praefat.* p. VII. et XV.) haud licuerit conferre ad ornandum scriptorem suum, quidquid ex ingenii sui fonte, doctrinaeque qua valent copiis, modo plus temporis ipsis concessum fuisset, non fuerant non collaturi. Doleo, illis, quem ex labore taedii pleno reportare debuerant, fructum, accurate editionis laudem, aliena culpa periisse. *Doleo et Abulpharagii sortem, qua incomptior, quam par erat, horridiorque habitu in publicam lucem prodire jussus est.*“

hujus haud pauca et textus et, quam hic comitem  
habet, interpretationis vitia sapienter ingentique cum  
doctorum plausu deleta sunt. Evidem turpem istum,  
a me designatum, libri habitum mecum reputans, ac  
certo sperans fore, ut ipsorum, quibus Brunsius usus  
esset, codicum ope non unus textus excusi locus per-  
sanari posset, eosdem, quum anno 1818 Oxonii ver-  
sarer, adire ipsorumque auctoritate adjutus hunc, quoad  
ejus fieri posset, ad veritatem revocare constitui. Nec  
spes mea me fefellit. Plus enim quam duo millia vel  
emendationum vel variarum lectionum haec librorum  
manu scriptorum collatio mihi suppeditavit, ut non  
nisi perpauci supersint loci depravati, qui pristino suo  
nitori nequeant per eos restitui, satque ego inde per-  
spexi, quod supra indicavi, plurimas offusas textui  
maculas non ex illis codicibus, sed ex indiligi-  
Brunsii calamo emanasse. Inter quae menda cum  
reperiantur vitia grammatica, formae insolentes et per-  
versae, ac verba, hinc ab interpretibus creata, nova  
atque linguae Syriacae prorsus aliena, appetit, quam  
necessse sit, haec illa corrigendo ad veritatem revo-  
centur, ne, quod valde timendum, in Grammaticas  
aut Lexica recipientur eoque modo in linguam temere  
inducantur \*). Quod ut facerem quum, copiis his

---

\*) Juvat hoc aliquot illustrare quod p. 191 l. 13. editi textus in  
exemplis. Corruptum illud **רָבָּת**, verbis invenitur: **רָבָּתְּלָתְּ**

instructus, redux ego in patria animum induxissem in

تَبَطَّى ئِلَّا مَذْكُورٌ،' interpretibus in caussa fuit, ut duo nova vocabula, حَمْرَةٌ et حَمْرَى، producebant et sermoni Syriaco affingebant. Illius auctor est Kirschius, qui, pro حَمْرَةٌ legi jubens حَمْرَى in pariete, significatione petita ab Hebr. יְהָרֵךְ, ista verba p. 195 vertit: *lapis niger, qui in pariete oratorii Meccani est* (nam pro تَبَطَّى scribendum esse تَبَطَّى، quam veram, et genuinam lectio nem bini codices Oxonienses exhibent, recte viderat vir doctissimus): hoc protulit summus Lorsbachius, cui viro, Kirschii conjecturam in libro jam laudato: *Archiv für die Morgenl. Litteratur* P. I. p. 241. castiganti, illud حَمْرَةٌ omnino tenendum atque idem esse visum est ac Hebr. יְהָרֵךְ „Das war“, scribit ille d. l., bey den Israëlitern die Gegend, wohin sie beym Gebet das Gesicht kehrten, und wäre also bey den Mohammedanern ihre *Kebla*, welche an der Kaabe durch den bekannten schwarzen Stein [Abrahams] angezeigt ist.

Das gäbe den vortrefflichen Sinn: — — der schwarze Stein, der die *Kebla* an der Moschee zu Mekka ausmacht.“ Enimvero neutrum id statuendum vocabulum. Habent enim scripti libri neque حَمْرَةٌ, nec حَمْرَى, sed حَمْرَى qui in manu h. e. qui in, vocis حَمْرَةٌ, praepositione حَمْرَى adjectae, significatione, uti saepe fit, amissa: ut حَمْرَى لِلْمَسْكَنِ in manus oratorii h. l. eandem vim habeat, quam si scriptum esset حَمْرَى لِلْمَسْكَنِ, in oratorio, quemadmodum in *Assemani* B. O. Vol. II. p. 214. حَمْرَى حَمْرَى et pro hoc in *Bar-Hebraei Chron.* p. 322 l. 4. حَمْرَى, funibus, scribitur, ac totus locus interpretandus sit: *lapis niger, qui in oratorio Meccano est.* Similiter usurpatur حَمْرَى in *Assemani* B. O. Vol. III. P. I. p. 574: *Baptismus* حَمْرَى حَمْرَى حَمْرَى (qui) in mari et nube. Vol. II. p. 20. et (cum) fidei Nestorianae impietatem publice ostendisset حَمْرَى حَمْرَى in libris suis. Adde Vol. I. p. 427: ac

integri Bar-Hebraei chronic et textum et versionem

sedit coram eo **لَوْجِيْتُ** **بِنْ**  
**لَوْجِيْتُ** vultu hilari. — Alia, quae  
 Brunsio ortum suum debet, nova  
 vox est **لَوْجِيْتُ** p. 38 l. 16 tex-  
 tus Syriaci, cui vocabulo ille *vo-  
 lumini*s potestatem, quamvis h. l.  
 ineptam, imponere nihil dubitavit.  
 Nam quid hic illud sibi velit *in  
 volumine secundo*, quo Brunsius  
**لَوْجِيْتُ** **لَوْجِيْتُ** interpretatus  
 est, euidem haud intelligo. Est  
 autem **لَوْجِيْتُ** lectio mendosa  
 et codicibus Mstis aliena, cuius  
 loco ad horum fidem rescribatur  
**لَوْجِيْتُ** **لَوْجِيْتُ** *in inventiva*. Qua ger-  
 mana scriptura restituta, forma,  
 quam unica ista nixus clarissimus  
 AGRELL in libello, ceteroquin ege-  
 gio, *Otiola Syriaca*, Lund. 1816,  
 p. 40 not. v eruit, ex *vano* hausta  
 ad *vanum* redigitur. — Voci **لَوْجِيْتُ**  
 p. 184 l. 12 t. Syr. Brunsius *venae*  
 sensum, contextu postulante, tri-  
 buit, neque, licet **لَوْجِيْتُ**, quod  
 Lexicis addendum, sit Arabicum  
**فَزِيرٌ** *Vesirus*, h. e. *consiliarius* et  
*imperii minister*, et nunquam

*venam* significet, fides ejus venit  
 Mayero in dubium, qui in libro:  
*Beyträge zu einer richtigen Ueber-  
 setzung der Syr. Chron. des Greg.  
 Barhebräus* p. 110 item vertit *ve-  
 nam*. At vero lapsus est Brunsius  
 in transscribendo hoc vocabulo,  
 quod in libris Mstis non est **لَوْجِيْتُ**,  
 sed **لَوْجِيْتُ** *vena*, Arabicum **وَرِيْدَةٌ**,  
 ex quo sermone in Syriacum trans-  
 ixit. — „**لَوْجِيْتُ**“, quae vox,  
 alibi nusquam obvia, p. 285 l. 16  
 t. S. reperitur, „quid sit“, ait  
 Kirchius not. 270, „discimus ex  
 Abulpharagio arab., qui p. 370 l. 13.  
 Turcheiarukum narrat laborasse  
**بَالْسَلْ وَالْجَوَاسِيرِ** **لَوْجِيْتُ**  
 igitur **بَوَاسِيرٌ** *haemorrhoides* est.“  
 Sed cave huic confidas. Nam  
**لَوْجِيْتُ** perperam est scriptum cor-  
 rigendumque ex codicibus **لَوْجِيْتُ**.  
 Verumtamen quae sub hac voce in  
 Lexicis exhibitae sunt significatio-  
 nes 1) *ilia*, *lumbi* 2) *nobiles*, in  
 his, quippe h. l. absurdis, minime  
 acquiescendum, sed **لَوْجِيْتُ**  
 mea sententia hic plane idem est,

emendationes conscribere idque peragerem, innotuit

quod Graec. σύρης fistula, ulcus, indeque, quemadmodum Arabicum سيرينج, petendum. Atque hinc verto: qui variis iisque gravibus morbis, phthisi et fistulis aliisque malis laborabat. — **لَهْوَكَ**  
**لَهْوَكَ** p. 295 l. 18 t. S. Kirschius, incertus, quaenam vis insit ignoto vocabulo **لَهْوَكَ** (cfr. ejus ad h. l. not.), interpretatus est ad *Damascum*. Quae interpretatione quamvis a vero, quem genuina Bar-Hebraei verba fundant, sensu haud multum abhorreat, in ea tamen, utpote sola conjectura progressa, non licet nobis persistere, ac errant, qui putent, **لَهْوَكَ** vocabulum quoddam esse Syriacum atque tale quid significare. In vitio est enim h. l. nostra editio mutandumque **لَهْوَكَ**, quod pro nihilo putes, in **لَهْوَكَ**, germanam utriusque codicis lectionem. Quod si autem quaeramus, quidnam haec vox valeat, nota ex solo illo unico loco Habac. III, 4., ubi ab interprete Syriaco pro Hebr. נַחֲרֵן est posita, potentibus nobis non omni-

no satisfaciunt quae in editis Lexicis notiones ejus offeruntur *fossa*, *suburbium*. Adeamus itaque atque consulamus *Bar-Bahlulis* Lexicon Syriaco-Arabicum Mstum, quo in libro vocabulum ita explanatum habes: **لَهْوَكَ** لَهْوَكَ  
**لَهْوَكَ** لَهْوَكَ, h.e. **لَهْوَكَ** dicuntur *pagi*, qui *circa urbem sunt*, estque idem quod **الْمُسْتَقَافُ**. **الْمُسْتَقَافُ** autem Persice et Arabicè dicitur *pagus* seu *regio pluribus pagis constans*. Qua cum explicatione ea planissime convenit, quae, jam a J. D. Michaele in *Lexici Syr. Castelliani* editione s. h. v. laudata, in *Isae Bar-Ali Lexico Syr.-Arab.* Msto legitur: **لَهْوَكَ**  
**لَهْوَكَ**: **لَهْوَكَ** **لَهْوَكَ**  
**لَهْوَكَ** **لَهْوَكَ** **لَهْوَكَ** **لَهْوَكَ** Denotat igitur **لَهْوَكَ** *pagum s. regionem circa urbem pluribus pagis constantem, plagam urbis exteriorum* (*Umgebung, Umgegend, Bezirk einer Stadt*), ac dicit Bar-Hebraeus hoc nostro loco, Arabes, fame coactos, abiisse *et in pago Damasci*

mihi liber MAYERI, viri doctissimi et linguae Syriacae imprimis periti \*), qui in eadem re versatur, ac plu-

(**כְּלָמָדִים**) (**כְּלָמָדֵן**) consedisse.  
Et locum Habac. III, 4. quod attinet, ubi verba Hebr. קְרַבְנִים מִידָּה לְאַתְּ מִתְּחַדְּשָׁה ab interprete Syriaco reddita sunt תְּסִירְעָמִים קְרַבְנִים כְּלָמָדִים כְּלָמָדֵן, non erant haec vertenda *in civitate manuum suarum collocabit robur suum in suburbio, sed: in oppido manuum suarum collocat robur (splendorem) suum in pago (circuitu),* h. e. splendorem suum Deus oppidi manuum suarum facit pagum (oppidi pagus est Dei splendor, quo id circumdatur). Quapropter non erat, cur legitima hujus loci lectio קְרַבְנִים VV. DD. sollicitaretur, e quibus J. D. Michaelis l. 1. קְרַבְנִים, quod ab Arab. نَكْفَ derivavit, et Wahlius in libello: Habakuk neu übersetzt etc. p. 189. קְרַבְנִים corrigi jusserunt.— Pro וְאַתְּ quatuor et קְרַבְנִים uti in Bar-Hebraei libro p. 215 l. 16 et p. 317 l. 11. legitur וְאַתְּ et קְרַבְנִים, quae hoc insolenti modo scripta

vocabula ipse Kirschius in Lexicon Syriacum Chrestomathiae suae accommodatum recipere haud dubitavit. Sed male. Mendosae sunt scripturae, e codicibus, וְאַתְּ et קְרַבְנִים recte exhibentibus, restituendae. — וְאַתְּ denique p. 598. l. 10., quod Brunsio explicandum visum est ex Chald. פֶּלֶש pellis, membrana (vid. hujus ad h. l. not.), Mayero autem, insanam hanc explicationem l. l. p. 288. impugnanti, ex Graec. εὐνη, ut de stragulis lecti sit intelligendum, vox item est Syriaco sermoni aliena, cuius loco ad fidem codicis 1. reponatur וְאַתְּ, nota vocabuli זְנוּןִים, zo-nam significantis, Pluralis forma.

\*) *Beyträge zu einer richtigen Uebersetzung der syrischen Chronik des Gregorius Barhebräus, oder Berichtigung verschiedener Stellen der lateinischen Uebersetzung des Barhebräus, welche Paul Jacob Bruns und Georg Wilhelm Kirsch herausgegeben haben. Von FERDINAND GREGOR MAYER, Dr.*

ribus in locis egregie et sensum aperuit et verba depravata, soli suo ingenio obsequutus, correxit: ut plurimas ejus emendationes etiam codicum Oxoniensium auctoritate firmari admodum laetarer. Quo libro, cui mox duo supplementa \*) successere, perspecto, cum permulta ab auctore in medio relicita esse aut emendanda aut explicanda intellexisse: non prorsus abjiciendum videbatur quod ceperam consilium. Jam itaque oblata per indicenda prolusione quadam solemnia, quibus instituto academico satisfaciendum, scribendi opportunitate, operam me non lusurum fore judicavi, quod si specimine aliquo probarem eoque modo propositum ex parte exsequerer. Quod quidem specimen ne scriptoris academicae modulum nimis excederet, in ipsis me MAYERI libellis nunc contineendum idque hac in re faciendum duxi, ut tum praecipuas a viro clarissimo propositas textus emendationes recenserem et codicum auctoritate adjutus aut confirmarem aut rejicerem, tum eorum locorum, quos auctor aut, meo judicio, minus recte enucleavit, aut ipse explicare non potuisse fassus est, nonnullos ex-

der Theologie, ehemaligem Professor der griech. u. hebr. Sprache an der Universität zu Wien, und Domdechant zu Linz. Vindobonae 1819.

\*) *V. Nachtrag zu den Beyträgen zu einer richtigen Uebersetzung*

*der syrischen Chronik des Gregorius Barhebräus, von dem Verfasser der Beyträge. Ibid. 1820. et Wiener Jahrbücher der Litteratur, Vol. XIII. Jan. — Mart. 1821., Anzeigeblatt p. 39. 40.*

promerem, iisque quomodo vel emendandi vel mea sententia intelligendi atque illustrandi essent ostenderem. Istorum autem locorum, sive lucem, sive verborum medelam desiderantium, quales multos Mayerus silentio plane praeteriit, paucos obiter tantum nunc tangere placuit: haec et alia, quae proferenda erant, aliis hujusmodi speciminibus reservaturus. Neque alienus est animus, integrum Bar-Hebraei librum, ex codicibus Mstis, eo quoque, qui Romae asservatur, correctum, emendatum atque illustratum denuo in publicum emittere.

Ceterum quam Gregorius Bar-Hebraeus operi suo praeposuit praefationem, ea verbis incipit p. 1. l. 4. **לְאַתָּה** (cfr. Assemani B. O. Vol. II. p. 312.), et quae precedunt sunt verba librarii, deprompta a Brunsio ex codice 52. s. B, nec, quod not. 1. falso indicatur, ex cod. 1. s. A. Nam quam ibi appositam habes aliam libri inscriptionem, haec est *codicis 1. s. A.*, atque ita illic l. 3. pro *cod. B* legendum. Verba autem, quae in utraque inscriptione inveniuntur, **לְזֹאת אֲמֵת** non debebant ab interprete verti „*antequam opus aggrediar*“, nec, uti not. 1., „*ante apparatum* [ *antequam nos ad opus accinximus* ]“; sed potius: *Primum* (i. e. incipit) *praefatio* (Implorato auxilio Patris, Filii et Spiritus sancti incipimus describere chronicon compositum a Mar Gregorio ---, cognomento Bar-Hebraeus. *Primum* (incipit) *praefatio*. O Deus etc.). **לְזֹאת** enim, de cuius vocabuli, in Lexicis *copia explicati*,

potestate jam docte disputavit Lorsbachius in libro *Archiv* etc. l. l. p. 235 sq., a verbo ἀπάρειν, πραπαρεῖν, instruxit, est 1) *præparatio*, *apparatus* (Bar-Hebr. Chron. p. 379 l. 18. Ιωακεὶμ et 2 Macc. XV, 17. Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ *apparatus belli*; 2 Macc. XV, 21. ροτταῖς Ιωακεὶμ *apparatus armorum eorum*), *armatura* (3 Macc. VI, 15. Ιωσήλ, Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ *armatura*, *quae cum ipso erat*); 2) *introductio*, *præfatio*, i. q. ραθοῖς *prooemium* (Assemanii B. O. Vol. III. P. I. p. 605. Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ *præfatio ejus auctoris*), quae etiam nostro loco tenenda est sententia. Nam Ιωακεὶμ hic pro usitatiore ραθοῖς esse positum, et res ipsa satis declarat, et inde intelligitur, quod in similibus inscriptiōnibus ipso nostri Ιωακεὶμ loco alias usurpatur ραθοῖς. Sic in fronte commentarii, a Bar-Hebraeo in sacros V. ac N. T. libros conscripti *Horreumque mysteriorum* dicti, quo ex libro, quippe parum adhuc noto, Oxonii versatus, plura excerpti, legitur: Ιωακεὶμ : Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ : ραθοῖς Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ Ιωακεὶμ *Ope Dei, domini universi, describimus librum, Horreum mysteriorum* ... *Pri-*  
*mum (incipit) prooemium.*

O B S E R V A T I O N E S  
E T  
S U P P L E M E N T A Q U A E D A M  
A D  
F E R D . G R E G O R I I M A Y E R I  
I N  
B A R - H E B R A E I C H R O N I C I S Y R I A C I  
T E X T U M E T V E R S I O N E M  
E M E N D A T I O N E S .

---

C



ЗЕКОЛДАНИЕ  
СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА  
СВЯТОГО ПАВЛА  
И ГУАМ ПРОФЕССИОНАЛЬНО  
ПОДГОТОВЛЕННЫХ  
МЕМОРАРИУМ ТЕ. НИДЕР



Ad p. 4. l. 19. **عَذَّلَتْ لَهُمْ حَدَّتْ**. Brunsius vertit: *qui recusarunt illis, quasi pactum transgressi essent;* ad sensum recte, ad verba minus recte. Est enim **عَذَّلَ** permiserunt, annuerunt, ergo contrarium ejus, quod in versione legitur. Prudenter vero suspicatus est Mayerus, scribendum esse **عَذَّلَ** **و**: quae conjectura codice 52. firmatur, ex quo verba allata ita restituenda sunt: **عَذَّلَ** **و**. **عَذَّلَتْ لَهُمْ حَدَّتْ**, *quasi pactum illi transgressi essent, et recusarunt etc.* Sequutus est Brunsius codicem 1., in quo ante **عَذَّلَ** deest **و**, et o perperam praefixum est vocabulo **عَذَّلَ**.

Ad p. 8. l. 15. **ଭାରତୀ ଓହାତ** (in editione h. l. et p. 7 l. 16. male **ଭାରତୀ**). Corrigendum censet Mayerus **ଭାରତୀ ଓହାତ**, ut sit *India exterior et septentrionalis*. Sed injuria. Expungendum o, voci **ଭାରତୀ** operarum haud dubie vitio praepositum. Qua expunctione genuina et ea unice accipienda codicis 1. (nam a cod. 52. hoc abest) efficitur lectio **ଭାରତୀ ଓହାତ**, quam etiam Brunsium, *Indiae pars septentrionalis* vertentem, sequutum esse nullus dubito.

Ad p. 10. l. 2 sq. **ଭାରତୀ ପାଦାର୍ଥ ଧାର୍ଯ୍ୟକୁ ଗାନ୍ଧାରୀ** „*Ejus temporibus publicata fuit moneta conflata ex Ophiro (auro vel argento).*“ Hanc Brunsii interpretatio-

nem jure castigavit Mayerus, verba **לְבָנֵן כִּסְוָתָה** non *moneta conflata*, sed *moneta et ornamenta* valere ostendens. At nescit vir doctissimus, utrum praeeunte Brun-  
sio **בְּזֶבַע** revera de *auro* vel *argento* intelligendum sit,  
nec ne, quamquam optime jam docuerat Lorsbachius,  
a quo allata verba sub examen vocata sunt in libro I.  
*Archiv etc.* P. I. p. 225., **בְּזֶבַע** h. l. esse *Ophirum*, *Joctanis*  
*filium* (*Genes. X, 29.*). Quare haec debebant accuratius sic  
verti: *Ejus diebus (tempore) moneta et ornamenta inventa sunt ab Ophiro.* Qui vero linea proxime praecedenti in editione  
invenitur numerus **וּמֹ**, 170, is mendosus atque  
mutandus est cum **וּמֹ**, 130, germana eaque codicis  
52, **וּמֹ** clare exhibentis, auctoritate firmata  
codicis 1 scriptura, quae unice hic tenenda. Nam si  
Serugus, postquam Nahorem genuerat, ducentos, ut  
*Genes. XI, 23.* traditur, annos vixit, omninoque, Bar-  
Hebraeo hoc ipso loco testante, annos vixit trecentos et  
triginta: eum annum centesimum tricesimum egisse se-  
quitur, quum Nahorem gigneret. Praeterea ad codicum  
fidem pro **וְאַ** 1. 6 scribendum est **וְאַ**, nam **וְאַ**,  
*rex*, non est generis fem., et pro **וְאַ** *Jochab* 1. ult.  
**וְאַ** *Jobab* (cfr. *Genes. XXXVI, 33.*). Brunsius vertit  
*Jochab*, unde id non operarum esse vitium apparent.

Ad p. 13 l. 1. **וְאַ** *בְּנֵי כָּסְוָתָה* **וְאַ**, **וְאַ** **וְאַ**  
. **וְאַ** *Brunsius: qui ei respondit, binos populos in in-*  
*testinis ejus reperiri, populumque populo insidiaturum esse.*  
„**וְאַ**“, sribit Mayerus, „welches im Originaltext

stehet, entspricht dem griechischen Worte ὑπερέξει (1 Mos. XXV, 23. LXX.) und sagt richtiger: *populum populo majorem (potentiores) fore.* Die ungewöhnliche Form des Wortes scheint nichts weiter, als Schreib- oder Druckfehler zu seyn.“ Illud verum est. Verba nostra Syriaca cum Hebraicis illis, unde sumpta sunt, Genes. XXV, 23. וַיֹּאמֶר יְהוָה לְה֣ שְׁנִי גּוֹיִם בְּבָטָן — וְלֹאֵם מִלְּאָמָר וַיֹּאמֶר plane convenient, erantque, sicuti haec, vertenda: *qui respondit ei: duae gentes sunt in visceribus tuis* (utero tuo), *et populus populo* (alter altero) *erit validior.* בְּבָטָן Hebraico omnino respondet, nec erat, quod Mayerus ad Graec. ὑπερέξει recurreret, quid? quod formam istam, quae sana est et legitima et item usitatissima, impugnaret insolentemque ac modosam judicaret. Est enim בְּבָטָן, a. v. בְּבָטָן *magnus, validus fuit*, tertia persona sing. Fut. formae Peal, cuius prima sing. persona sonat בְּבָטָן, ut בְּבָטָן Luc. XVIII, 18., אֲמַת 2 Cor. XI, 9., בְּבָטָן Philipp. III, 8., ac tertia, quae hic et Genes. XLVIII, 19 (bis), Numer. XIV, 17 aliisque locis reperitur, בְּבָטָן. Ceterum eadem textus pagina l. 18 et ult. loco בְּבָטָן et בְּבָטָן codicum lectiones reponendae sunt בְּבָטָן et בְּבָטָן.

Ad p. 20 l. 16 sq. בְּבָטָן בְּבָטָן בְּבָטָן Haec verba, in codice 1., ex quo in nostrum textum transiere, quodammodo depravata, Brunsius male intellexit vertens: *quem numerum etiam Paulus affert, dicendo: dedit iis judices usque ad Samuelem.* Rectius Mayerus, Kirschii emendationem (cfr.

not. 25) sequutus: *Sic etiam Paulus dicit: 450 annis dedit eis judices usque ad Samuelem.* Sunt ea autem ex cod. 52. ita ad veritatem revocanda: *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ*. Atque sic etiam Paulus apostolus dicit (Act. XIII, 20): *per quadragesitos et quinquaginta annos dedit iis judices usque ad Samuelem.* Gravius vero erravit Brunsius in transscribendis praecedentis paginae l. 10—12 verbis *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ*. *Natus enim est David anno 10 regni Saulis, et a Samuele unctus est anno ejus 20, quem ipse annum 13 ageret.* Anno 30 Saulis Goliathum interfecit.“ Sed *أَنْتَ مَوْلَانِي* non denotare *quum ipse annum 13 ageret*, et *أَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ*, quod ille tacite ac nullo jure inseruit, h. l. ineptum esse, nemo non videt. Recte habent codices: *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ* (cod. 52. *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ*). *Natus est autem Davides anno decimo regni Saulis, et unctus est a Samuele anno vicesimo tertio (sc. regni Saulis, quod insequitur), aetatis suaee decimo tertio, interfecitque Goliathum anno tricesimo (regni) Saulis.*

Ad p. 21 l. 15 sqq. *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ* *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ* 14. *أَنْتَ مَوْلَانِي وَأَنْتَ مَوْلَى أَهْلِ الْمَسْكِنِ* „*Serahus, rex Cuschaeus, accitis Lybasi copiis 100000 et 600(000) Cuschaeis et Libyis, Judaeam hostiliter invasit.*“ De qua vitiosa Brunsii horum verborum interpretatione Mayerus notavit: „Was es immer in dieser Stelle mit den Lybasi (?) und mit den Libyis seyn mag, so ist die Zahl

100000 unrichtig. Der Originaltext sagt **حَلْقَةٍ لِّكْعَنْ**, welches eine Million andeutet [vgl. 2 Chron. XIV, 8 (9)]. Aus welcher Quelle Barliebraeus die Zahl 600 genommen habe, weiss ich nicht.“ Et omnino scribendum est 1000000 pro 100000. Numerum autem insequentem **١٦٠٠٠٠** a Brunsio non 600, sed 600000 esse redditum, equidem haud impugnaverim, sed eum **لِّكْعَنْ**, quod praecedit, recte supplevisse crediderim, ut sit **لِّكْعَنْ** (sc. **لِّكْعَنْ ١٦٠٠٠٠**) **لِّكْعَنْ** **لِّكْعَنْ** numerus in scriptoris nostri quoque chronicō Arabico h. l. (*Historia compendiosa Dynastiarum* p. 57) reperitur, ubi Aethiopum regem **بِالْفَ وَسْتَمَاوِيَةِ الْفَ رَجُلَ** *cum millies mille et sexcenties mille viris* in regem Judaeorum invasisse traditur. Quod vero ad vocabulum **كَبَّلَ** attinet, quo Brunsius ducis ejusdam nomen latere opinatus est, id interpretibus aenigma fuisse haud miror, quum in vitio sit h. l. nostra editio. Sequutus est Brunsius codicem 1, mendosam lectionem **كَبَّلَ**, ab illo casu an de industria in **كَبَّلَ** mutatam, offerentem, neque codicem 52 inspexit, qui sanam et unice veram exhibet scripturam **كَبَّلَ**, h. e. *Λιβύας*, *Libyas* (est enim **كَبَّلَ** et **كَبَّلَ** *Libya* ac nota haec Syrorum Pluralis forma, ex Graecorum accusativo Pluralis efficta, cui hic, ut vocibus **كَبَّلَ** p. 56 l. 5., **كَبَّلَ** p. 84 l. 5., **كَبَّلَ** p. 121 l. 9. aliisque duo puncta Pluralem denotantia desunt). Qua genuina lectione revocata locus sic fere erit interpretandus: *Serahus, rex Cuschaeus,*

*assumptis secum Libysi, cum millies mille et sexcenties (mille) Cuschaeis et Libysi Judaeam hostiliter invasit.* Ceterum praeclare vidit Mayerus, pro **וְאַתָּה**, quod sequitur l. 19, legendum esse **וְאַתָּה**, consentientibus binis codicibus, qui clare exhibent **וְאַתָּה**, itemque **וְאַתָּה**, quod l. 13 loco **וְאַתָּה** reponendum.

Ad p. 23 l. 11. **וְאַתָּה** **לֹא** **כִּי** **נָס**, ubi operarum incuria impressum **וְאַתָּה**. Brunsius: „Hic (Amazia) vicit Idumaeos et Lomirum“, et not. 24. „Quid sibi velit Lomirus, nescio. Num Amoraeos?“ Cui loco primus lucem attulit Lorsbachius in libro laudato: *Neues Repertorium* etc. P. III. p. 82. Quod enim egregie ibi vir doctissimus et post eum Mayerus conjectit, **וְאַתָּה** pro **וְאַתָּה** legendum, id a codicibus confirmatum video, qui habent **וְאַתָּה** **לֹא** **כִּי** **נָס** *hic vicit Idumaeam et Sëir*, h. e. *Idumaeos et Sëritas* (**בֶּן-שְׁעִיר** 2 Chron. XXV, 11). Nec minus dextra est Mayeri conjectura, qua, collato loco Dan. V, 2., pro **וְאַתָּה** p. 31. l. 10. scribendum **וְאַתָּה**. Corruptam textus lectionem Brunsius e codice i de- prompsit verbaque **וְאַתָּה** **לֹא** **כִּי** **נָס** vertit: *quae avus ejus servaverat.* Debebat veram codicis 52. scripturam **וְאַתָּה** recipere ac vertere: *quae pater ejus abstulerat.*

Duas voces **וְאַתָּה** p. 36. l. 9. in unam, **וְאַתָּה**, conjungendas esse perite docuit Kirschius not. 35. Quam emendationem Mayerus laudat et codices, **וְאַתָּה**, recte offerentes, comprobant. **וְאַתָּה** significat *repugnavit, adversatus est*, ideoque pro *fervide eum sectatus est* p. 34

l. 16. interpretandum erat: *valde ei repugnavit.* Quod restat, obiter moneo, secundum codicem i. p. 23 l. 13. reponendum esse γένεται πρός γένεσιν, et secundum utrumque codicem p. 24 l. 6. Πατέρα πρός Πατέρα; p. 25 l. 11. αποδίδει πρός αποδίδειν; p. 26 l. 12. Πατέρα πρός Πατέρα, l. 13 aut Πατέρα; (secundum cod. 1.), aut Πατέρα; (secundum cod. 52.) πρός Απόδιδειν, et l. 16. Πατέρα πρός γένεσιν; p. 28 l. 13. γενέσεων πρός γενέσεων; p. 29 l. 10. γένεσιν; πρός γένεσιν; p. 35 l. 2. Πατέρα πρός Πατέρα et l. 17. Ήταν (secundum cod. 52.) πρός Ήταν (quod habet cod. 1.); p. 36 l. 13. Πατέρα πρός Πατέρα et l. 15. γένεσιν πρός γένεσιν; p. 37 l. 3. Πατέρα πρός Πατέρα, l. 7. γενέσεων πρός γενέσεων, et l. 9. Πατέρα πρός Πατέρα, Πατέρα πρός Πατέρα; p. 38. l. 2. γενέσεων πρός γενέσεων, l. 13. γενέσιν πρός γενέσιν, l. 15. γενέσεων πρός γενέσεων loco γενέσεων, l. 16. γενέσεων πρός γενέσεων. L. 4. post γενέση omissum est λοι, et l. 7. πρός ante γενέση etc.

Ad p. 35 l. 3 sq. versionis: (Plato) „mortuus reliquit multos hortos, duos servos, *vestem unam, calicem* et inaurem“; quem locum uberior et accuratius tractavit ac bene vertit Kirschius not. 38: duos servos, *calicem unum, πυράκτα* et inaurem. Neque tamen Graecae vocis, qua usus est, sensum satis aperuit, neque eum aperire potuit Mayerus, qui quid ea h. l. sibi velit se nescire fatur. *Hίνας* proprie est *tabula*, indeque 2) *scutella, patina*, quo sensu hoc vocabulum et, quod hinc prodiit eique prorsus respondet, Syriacum Πατέρα Matth. XIV, 8. 11. Marc. VI, 25. et Luc. XI, 39. legitur. Quam vero Πατέρα

D

dictis N. T. locis scutellae, patinae notionem habet, hanc ei etiam in Bar-Hebraei libro inesse nihil ego dubito. Nostrum enim locum quod attinet, refert *Diogenes Laertius de vitis, dogmatibus et apophthegmatibus clarorum philosophorum* L. III. c. 42. (ed. *Marc. Meibomii*, Amstelaed. 1692. p. 188), Platonem inter alia reliquisse φιάλην ἀργυρᾶν, κυμβεῖον, δακτύλιον χρυσοῦν et σνάτιον χρυσοῦν; quem si Noster, uti videtur, sequutus est, Λαταρία posuit pro κυμβεῖον et Λαταρία (scutellam) pro φιάλῃ. Et infra p. 165 l. 13. Λαταρία Λαταρία non est calix dulcedinis, ut Brunsius vertit, sed scutella dulcoris, h. e. liquore dulci repleta. Nam Λαταρία dulcorem, h. e. dulce s. liquorem dulcem et mustum denotare, ex loco Cantici Cantic. VIII, 2. intelligitur, ubi id ab interprete Syriaco pro Hebr. בִּשׁוּ usurpatum, quod mustum s. liquorem dulcem ex uvis aut aliis fructibus expressum significat. Ceterum quas Brunsius not. 43. et 60. pravas censem scripturas Λαταρία p. 38 l. 10. 11. 12. et Λαταρία p. 51 l. 14., in quarum locum substitui vult Λαταρία et Λαταρία, eas, utpote legitimas et nulla omnino medicina egentes, recte tuetur Mayerus.

Ad p. 36 l. 19 sqq. versionis, ubi legimus: „De eo (Socrate) testimonium perhibet sanctus Gregorius theologus in volumine secundo: *Amor*, quo Socrates in pulcritudinem ferebatur, pudorem mihi suffundit. Ego enim dico, me pueros amare, etsi vix laude digni sint.“ Quales ineptias, quibus nihil sane dici delirius potest, neque

Gregorius Nazianzenus dixit, neque tanquam ab hoc dictas commentus est Bar-Hebraeus. „Dass hier der Sinn verfehlt ist“, ait Mayerus, „sieht jedermann, der Syrisch versteht; ich versteh die Stelle selbst nicht ganz. So weit ich sie verstehe, scheint sie zu sagen: „Ejus (Socratis) meminit sanctus Gregorius — dicens: *Amor pulcritudinis, quo Socrates ferebatur, pudet enim me dicere, amor puerorum* —.“ Recurrentum erat ad fontem, ex quo haec a Bar-Hebraeo laudata Gregorii Theologi de Socratis amore sententia hausta est. Continet eam prima hujus in Julianum oratio (*κατὰ Ἰουλιᾶνος Βασιλέως στηλῆτευτικὸς πρῶτος*), et verba, quae Syriacis nostris consentiunt ac satis lucis affundunt, ejus haec sunt (vid. Gregorii Nazianzeni Theologi opera, Par. 1630, p. 78 l. 28 sq.): „— τῆς Σωκράτους φιλοκαλίας· (αἰδοῦμαι γὰρ εἰπεῖν παιδεραστίας, καὶν σεμνοποιῆται ταῖς ἐπινοίαις).“ Pro ~~κατά~~, quod, a Brunsio in volumine translatum, editio perperam exhibit, ad codicum fidem ~~κατά~~ esse rescribendum, supra p. 11 memoravi; estque ~~κατά~~ h. l. Graec. *στηλῆτευτικός*, h. e. *invectiva*, quam vocis significationem Lexicis adde. Erravit autem Noster, *invectivam posteriorem loco prioris laudando*. Quae quum ita sint, erunt illa Bar-Hebraei verba sic fere interpretanda: *Ejus meminit sanctus Gregorius Theologus in invectiva altera (prima), dicens: pulcri amor, quo Socrates ferebatur — vereor enim amorem puerorum dicere, etiamsi mitigetur laudibus — h. e. eum enim amorem ne tum quidem puero-*

D 2

*rum amorem appellare ausim, ubi ejus sensum laudibus mitigare, i. e. hoc amore non rem in honestam, sed omnino laudabilem et honestissimam significari dicere velim.*

Alium eumque gravissimum, nec a Mayero observatum, errorem Brunsius linea insequentem commisit, vertens: *Anno regni ipsius (Darii filii Arsacis) 24. Alexander regnavit in Graecia.* Quod enim textus recte offert, id pro litteris numeralibus falso ille habuit, et, quum esset 104., ergo „anno regni ipsius 104.“, mutandum putavit cum 24. (vid. ejus ad h. l. not.), atque ita interpretatus est. Traditur autem eodem loco, Darium, de quo ibi sermo est, duntaxat sex annos regnasse, ejusque et Alexandri sexto regni anno binos hos reges proelium ad Issum in Cilicia commisisse et Darium imperfectum esse. Quod si igitur Darius sexto regni sui anno imperfectus est, quomodo regni ejus anno 104., aut, ut Brunsius vult, 24. potuit Alexander regnare in Graecia? Compendio scriptum est ac saepe sic scribitur pro ፲፻፾ et ፳፻፾, ipseque codex 52., quem inspicere debebat Brunsius, clare hic exhibet ፳፻፾. Erat itaque vertendum: Anno regni ipsius primo, et ፲፻፾, quod sequitur, h. l. non est regnavit, sed regnare coepit, rex factus est. — P. 39 l. n. pro ፲፻፾ ፳፻፾ ad codicem fidem rescribas ፳፻፾ ፲፻፾ l. 11. ፲፻፾ pro ፲፻፾; p. 40 l. 17. ፳፻፾ pro ፲፻፾, l. 19. ፳፻፾ pro ፲፻፾ et secundum cod. 52. ፲፻፾ (ut supra p. 18 l. 4. p. 39 l. 18) pro ፲፻፾ (cod. i. habet ፲፻፾); p. 41 l. 3. secundum utrumque codicem

לְאַתָּה pro לְאַתָּה; p. 43 l. 1. ex codice 52. וְיֵו loco  
כִּי, quod in codice 1.; l. 2. secundum binos codd. לְתַחַת  
pro לְתַחַת, l. 3. וְמִזְבְּחָה pro וְמִזְבְּחָה, l. 10. אֶתְמָה  
loco לְאַתָּה; p. 44 l. 3. תַּמְלִיכָה pro תַּמְלִיכָה; p. 43 l.  
ult. ex cod. 1. (nam in cod. 52. nonnulla hic desunt)  
וְנִזְבְּחָת pro וְנִזְבְּחָת.

וְנִזְבְּחָת pro וְנִזְבְּחָת; נִזְבְּחָת p. 44 l. 13 sq. t. S. apte, meo  
judicio, explanavit Brunsius: „Elephas vero *efflavit animam*“, neque erat quod haec interpretatio a Mayero, de  
vera verborum וְנִזְבְּחָת potestate ipso incertissimo,  
in dubium vocaretur. Est enim וְנִזְבְּחָת, forma Palpel v.  
וְנִזְבְּחָת, *motitavit, discussit*, cfr. Chald. מְרֻבָּר *movit, discussit*,  
ideoque וְנִזְבְּחָת *excussit* h. e. *efflavit animam suam*.  
Ceterum ex codicibus reponendum est p. 46 l. 1. וְלֹא־קָרְבָּן,  
pro וְלֹא־קָרְבָּן et lin. ult. נִזְבְּחָת post וְנִזְבְּחָת; p. 48 l. 12. וְנִזְבְּחָת inter  
שְׁנָיוֹת et וְלֹא־קָרְבָּן; p. 51 l. 1. וְלֹא־קָרְבָּן pro וְלֹא־קָרְבָּן,  
l. 6. וְלֹא־קָרְבָּן Pilatus pro וְלֹא־קָרְבָּן Philippus (p. 48 l. 13  
vers.), l. 17. וְלֹא־קָרְבָּן post וְנִזְבְּחָת, vel potius secundum cod. 52.  
legendum: etc. וְנִזְבְּחָת וְלֹא־קָרְבָּן וְלֹא־קָרְבָּן, l. 19. וְלֹא־  
pro וְנִזְבְּחָת, ubi cod. 52. rectius habet וְלֹא־קָרְבָּן וְלֹא־קָרְבָּן  
וְלֹא־קָרְבָּן, qui verborum ordo omnino restituendus,  
et l. 20. itemque p. 52 l. 7. וְלֹא־קָרְבָּן pro וְלֹא־קָרְבָּן; p. 52 l. 1.  
ex cod. 52. וְלֹא־קָרְבָּן נִזְבְּחָת loco וְלֹא־קָרְבָּן וְלֹא־קָרְבָּן (in cod. 1. cor-  
rupte legitur וְלֹא־קָרְבָּן), l. 2. ex utroque codice וְלֹא־קָרְבָּן  
locu וְלֹא־קָרְבָּן, l. 7. וְלֹא־קָרְבָּן loco וְלֹא־קָרְבָּן; p. 53 l. 14.  
וְלֹא־קָרְבָּן pro וְלֹא־קָרְבָּן, et p. 55 l. 12. ex cod. 52. וְלֹא־  
קָרְבָּן pro וְלֹא־קָרְבָּן, quod in cod. 1. (וְלֹא־קָרְבָּן p. 52 l. 3.

pro *امْدَنَةَ*, *مَهَنَةَ* et *لَبَّأَةَ* p. 53 l. 13. pro *مَهَنَةَ*  
et *لَبَّأَةَ*, et *لَهَوَةَ* l. 15 pro *لَهَوَةَ* sunt operarum vitia).

„Welchen Begrif Barhebräus eigentlich mit *الْمُجَمِّدَةَ* *telesmata* (p. 56 l. 5. t. S.) verbunden habe“, scribit Mayerus, „ist mir unbekannt.“ *الْمُجَمِّدَةَ* denotat *amuleta* (*Talismane*). Ibidem pro *سِمَّةٌ* in cod. 52. rectius legitur *سِمَّةٌ*, et in utroque libro Msto *سِمَّةٌ* pro *سِمَّةٌ* p. 57 l. 8., et *سِمَّةٌ*, pro *سِمَّةٌ*, p. 58 l. 12. Pro *سِمَّةٌ* p. 58 l. 4. ex cod. 52. rescribatur *سِمَّةٌ*: *videmus*, *novimus*, ex eodemque l. 11. *سِمَّةٌ* pro *سِمَّةٌ* et l. 13. *سِمَّةٌ*, loco *سِمَّةٌ*, quemadmodum jam Brunsius not. 70. emendaverat. Quod si hanc correctiunculam non satis idoneam ac potius *سِمَّةٌ* revocandum censem Mayerus, fugisse eum videtur, quum id scribebat, *سِمَّةٌ* femin. esse Participii *سِمَّةٌ*, q. e. *abjectus*, *neglectus*.

